



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XXI. De treuguis seruandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1179.  
 fuerit, quamuis ei poscenti venia non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.

XXI.

Treguas a quarta feria post occasum solis vsque ad secundam feriam in ortum solis, & ab aduentu Domini vsque ad octauas epiphaniæ, & a septuagesima vsque ad octauas paschæ, ab omnibus inuolabiliter obseruari præcipimus. Si quis autem treguam frangere tentauerit, post tertiam commotionem, si non satisfecerit, episcopus suus sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptam vicinis episcopis annuntiet, quorum nullus excommunicatum in communionem suscipiat: imo scriptam susceptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat. Et quoniam funiculus Eccles. 4. triplex non facile rumpitur, præcipimus, vt episcopi solum Dei, & salutis populi habentes respectum, omni \* tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuam sibi consilium & auxilium præstent; neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod si quis in \* opere Dei tepidus fuerit inuentus, damnum dignitatis suæ incurrat.

\* f. scripto

\* cupiditate, *alias* tepiditate

\* hoc opere

XXII.

Innouamus vt presbyteri, monachi, clerici, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes & redeuntes, & in agri cultura existentes, & animalia \* quæ semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur. Nec quisquam \* alicui nouas pedagiorum exactiones sine \* auctoritate regum & principum consensu statuere, aut statutas de nouo tene-

\* quibus stant, & seminant  
 \* alicubi  
 \* auctoritate & consensu regum & principum statuere,